



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Brachium Saeculare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

ret, si fuit facta ab Episcopo, id est à suo Secretario, cum sigillo Episcopi, tamen absque subscriptione Episcopi.

Respondetur ex Nav. *conf. 1. de fide infra.* quòd sic, & collatio potest probari per testes etiam sine alia scriptura, *decis. Rot. 38. de prob. in antiquis, Cov. pract. q. ca. 22. num. 9.*

BRACHIUM SÆCULARE.

Primò, dubitatur quot modis possit possit Judex ecclesiasticus implorare brachium sæculare?

Respondetur primò contra perseverantes per annum in excommunicatione, & in aliis criminibus, ad quod tenetur Judex sæcularis. *Afflict. in Constit. Pactarenorum, num. 55. & adest Capitulum Regni, quod incipit: Item statuimus, quòd si contingat. Doct. in cap. contingit, de dol. & contum. & ca. grave de pœn.*

Secundò, quando Judex ecclesiasticus implorat, prout in *Conc. Trid. sess. 25. cap. 5. in ult. de regul.*

Tertidò, quando Judex sæcularis tenetur prestare Judici ecclesiastico petenti hoc brachium ad capiendum excommunicatum, vel hæreticum, & an hoc facere debeat Judex sæcularis, nisi prius videat acta judicis ecclesiastici, & quid iudice Apostolico delegato idem petentem, vide per extensum *Afflict. in const. post mundi, à num. 43. & infra.*

Quartò, an Judex ecclesiasticus tenetur juvare iudicem sæcularem muncrone ecclesiastico, videlicet per interdictum, vel excommunicationem con-

tra rebelles, & inobedientes ipsi iudici sæculari, nisi prius visis actis, vide eundem *ibidem, num. 51. & infra.*

Quintò, quando Judex ecclesiasticus implorat auxilium iudicis sæcularis pro executione sententiæ à se latæ, *Covar. pract. qu. ca. 10. nu. 2. ver. 3.*

CAMPANA.

Campana potest pulsari à custode, ut milites ad bellum exeant de mandato magisteriæ potestatis, *Hofstiens. in sum. tit. de offic. cust. num. 1. hinc fit, Episcopum posse dare licentiam sonandi campanam ad arma sumenda contra maleficos absque periculo irregularitatis, etiam si inde sequatur mors, vel mutilatio, quia hoc est satis remotum, & potius hortari, quàm occidere, vel mutilare, capitulo falsas, de pœnit. distinct. quinta, & in titulo de treug. & pac. vide Reb. tir. de miss. in poss. n. trigesimo secundo. Sed Episcopus debet hoc concedere seridò, & non leviter consideratis circumstantiis necessariis, quia campana est inventa pro congregandis populis ad divinum cultum, & pro aliis, prout in Pontificali habetur in ejus benedictione, per accidens verò permissitur, prout dictum est *sup.**

CAMERA APOSTOLICA.

AD Reverendam Cameram Apostolicam spectant bona personarum ecclesiasticarum, decedentium ab intestato sine licentia testandi, *Paul. III. Bul. 31 quæ incipit, Romani, & bona etiam*